

est si qui publica quemadmodum in extensionis formam lectum est  
defenerent Ecclesie doctrinam, illorum securitati ex forma quam  
legi adiunxit, prosperetur.

sessio 3.

(11) Decretum publicatum in Sessione tercia s. Concilii Tridentini sub Smo D. N. Pio PP. III. die XIII May 1562

Sacrosancta Oecumenica et Generalis Tridentina Synodus in  
spiritu sancto legitime congregata praesentibus in ea eius-  
dem Apostolicae sedis Legatis Decreta ex qua hodie in pre-  
senti Sessione statuenda ac sancienda erant iustis non  
nullis, ac honestis causis in feriam quintam post proxima  
solemnitatem Corporis Christi, que erit pridie Nonas Junij  
proroganda esse censuit, ac prorogat: dictaque die Sessionem  
habendam esse, ac celebrandam omnibus indicit. Inter  
ea rogatus est Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi,  
qui autor pacis, ut sacrificet corda omnium, quo adiu-  
uante sancta Synodus, et nunc, et semper meditari  
atque peragere ualeat, que id eius laudem, et gloriam  
pertinent.

sessio 7

(12) Decretu' publicatu' in Sessione mil s. Concilii Tridentini  
sub Smo D. N. Pio PP. III. die mil. Junij 1562.

Sacrosancta Oecumenica et Generalis Tridentina Synodus  
in spiritu sancto legitime congregata praesentibus in  
ea eiusdem Apostolicae sedis Legatis, propter uarias difficultates  
ad ipsam, ita nunc deponit:

ex diversis causis exortas, atq; etiam ut congruentius, magis,  
si que cum deliberatione omnia procedant, nempe ut dog-  
mata cum ys qua ad reformationem spectant, simul trac-  
tentur, et sanciantur ea, qua statuenda uidebuntur tam  
de reformatione, quam de dogmatibus in proxima Sessione  
quam omnibus indicit in diem XVI. subsequentis menses  
July definita esse decrevit. Hoc tamen adiecto, quod  
dielum terminum ipsa sancta Synodus pro eius arbitrio  
et uoluntate, sicuti rebus Concluy putauerit expedire, etiam  
in generali Congregatione restringere, et prorogare libere  
posset et ualeat.

*Doctrina de Communione sub utraq specie, et parvulorum  
pubblicata in Sessione quinta s. Cone. Trident. sub 8mo. n.  
Pio PP. III. die XVI. mensis July 1562*

Sacrosancta, Ecumenica, et generales Tridentina Synodus in  
spiritu sancto legitime congregata praeidentibus in ea eidem  
Apostolica sedis legatis, cum de tremendo, et sanctissimo Cu-  
clarum Sacramento varia diversis in locis errorum mon-  
stra nequissimi demonis artibus circumferantur, ob que in  
non nullis Provincijs multi a Catholicæ Ecclesie fide, atq;  
obedientia uideantur discessisse, censuit ea, qua ad Com-  
munionem sub utraq specie, ac parvulorum usum pertinent  
hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christifidelibus  
interdictum ne post haec de ijs aliter uel credere, uel docere,  
uel prædicare audiret quam est his Decretis explicatum  
atq; definitum

*Cap. vii Laycos, et cleros non confuentes non adfringi  
ad Communione sub utraq specie*

Ita sancta ipsa Synodus à spiritu sancto, qui spiritus est sa-  
pientia, et intellectus. Spiritus consilij et pietatis edocta